



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XVI. Comen. legati. Facto legati omnibus filiis alicujus, an id conveniat etiam filiabus, adeò ut masculinum concipiat fœminium; Et si fiant duæ species legatorum, una pro filiis alicujus in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

ci credito indifferenti, ex causa merè voluntaria, undè propterea intret sine dubio regula compensationis exclusiva, atque istum casum, in quo agatur de lucro statuario, in quo sub quaestione est, an potius dicendum veniat debitum legale, ac necessarium, ad effectum regulandi vim, seu efficaciam conjecturarum; Ista siquidem longè minores in isto casu dubio, quam in altero magis claro desiderandæ veniunt, utpotè minorem facere debentes operationem, juxta ea, quæ circa efficaciam conjecturarum, ac præsumptionum frequenter habentur *sub titulo de fideicommissis*.

Quoverò ad alterum punctum; Mihi videbatur, quod clarum esset bonum jus hujus partis, & consequenter quod clara esset injustitia dicti decreti, quoniam ut habetur pluries in sua materia *sub tit. de dote præsertim in Romana dote de Angularia disc. 128.*, lucrum statuarium dicitur pars quotativa dotis, quæ ipso jure acquiritur viro proportionabiliter, & pro rata in singulis rebus dotalibus, eo modo quo de legitima, aliisque deductionibus habemus; Ideoque cum de tempore mortis testatrix, in quo testamentum perfectionem recepit, ipsa esset solùm domina trium ex quatuor partibus istorum locorum montium, hinc legatum censendum est factum de portione spectante ad testatorem, neque legatarius prætereundè potest estimationem illius ratæ, quæ est sua juxta textus expressos *in l. servi electione §. fin. & magis punctualiter in l. si domus §. etiam in ff. de leg. i. Bart. in dicta l. servi electione num. 2.*, ad quem tanquam magistrum se referunt *Alex. & ceteri in dicta l. si domus*; Et generaliter de quacumque dispositione, etiam correspondiva, ut intelligatur de jure, seu portione ad ipsum disponentem competente *ad text. in l. qui tabernas ff. de contrah. empr. & cap. Pastoralis de donat. Gregor. decis. 225. nu. 2. & 3. Ortothob. decis. 195. num. 19. cum seqq.*, & advertitur *sub tit. de donat. & sub altero de empr. & vendit. ac alibi &c.*

COMEN.
LEGATI

Re sponsum pro veritate suppressis nominibus.

Facto legato omnibus filijs alicujus, an id conveniat etiam filiabus, adeoût masculinum concipiat femininum; Et si fiant duæ species legatorum, una pro filijs in genere, & altera illis filiabus ejusdem patris, quæ erant moniales professæ, quale legatum conveniat illi filix, quæ de tempore mortis testatoris erat novitia.

SVMMARIVM.

- 1 **F** Acti series.
- 2 Novitij dicuntur persona Religiosa.
- 3 Masculinum concipit femininum.
- 4 Contrarium, seu declaratur.
- 5 Quomodo istæ quaestiones decidantur, & num. 10.
- 6 Si testator post factum legatum perficit opus, non debetur.
- 7 Sed si expendit minus, debetur id, quod superest.
- 8 Vitalitia subventiones monialium reputantur pars dotis.

- 9 Relictum filijs intuitu patris, dicitur a patre obtineri.
- 10 De eodem, de quo num. 5., quomodo sollicitæ quaestiones decidende sint.
- 11 De legato generali factio Prioribus Civitate, & particulari factio alicui, an utrumque detur, si hic esset Prior, & de factio Monachis, & Priori &c.
- 12 An familiares honorari cum legatario particulari participant de legato generali sui familia remissive.
- 13 Legatum factum filijs alicujus, an conveniat filium tunc natis, vel etiam natis post mortem testatoris.

DISC. XVI.



Um testator [qui propriam] carendo, etiam in vita liberat nepotem ex fratre, namque sua familia oneratum, in tantum necessarijs pro monachis aliquarum filiarum in eo testamento, monialibus expletis

tis cum proprijs, ac appellativis nominibus, annuum legatum vitalitium librarum 300. pro qualitate fecisset; Deindeq; omnibus ejusdem nepotibus sub nomine generico, & collectivo, reliquit libras 3000. pro quolibet; Causa autem decidit, ut de tempore mortis, una ex ejusdem nepotibus, quæ de tempore testamenti erat puella imperta, reperiretur novitia in Monasterio; Hinc proinde orta est quaestio, an, & quale legatum dicitur conveniret, an scilicet illud vitalitium factum monialibus annuarum librarum 300. sed potius alterum generale factum omnibus filijs librarum 3000.; Cumque desuper meum votum pro veritate extequeudo suppressis nominibus, adeoût incertus effectus de requirente, communicata fuissent responsa plerimum hinc inde Scribentium; Competij, quod ad duas dubitandi rationes quaestio restringebatur pro exclusione dictæ novitiæ à legato majori; Præmo nempè, quod illud factum filijs conveniret, scilicet masculinis, adeoût masculinum non conciperet femininum; Et secundo, quod cum dictum magis legatum librarum 3000. factum esset cum exceptione, quod fieret omnibus alijs dicti nepotibus in sæculo existentibus, ita non congrueret dictæ moniali, quamvis adhuc non professæ, sed novitia, multas cumulando auctoritates, de quibus præsertim apud Sperell. decis. 16. num. 13. cum seqq. & de novitijs disp. 11. quaest. 10. num. 2. Donat. an præ rerum regular. tom. 2. tract. 6. de priv. ul. ac. quaest. 2., ad probandum ut novitij dicantur personæ religiosa, & ecclesiastica, quam facultatem Quatenus igitur ad has duas dubitandi rationes pertinet; Respondi, ut pro meo sensu, neutrum subsisteret; Non quidem prima, quoniam quilibet aliqui contradicant, verius est, magisque receptum, ut in ultimis voluntatibus, atque in rebus instituentibus, masculinum concipiat femininum, adeoque sub nomine filiorum veniant etiam femininæ, ut frequenter habetur *sub tit. de fideic. disp. 2. & seqq. & alibi*.

Et quoad alteram dubitandi rationem advertendam, quod licet novitij, dicantur quidem religiosæ, seu verius pro religiosis habeantur, ad quodlibet effectus favorabiles, relatos per supra allegatos, tamen ad alios effectus, magis que generaliter præsertim quoad factionem testamenti activam, & passivam

De L. U
de
testament
et cat
CVI
9

passivam, ac jus succedendi, & similes, habentur potius pro secularibus, quam religiosis; Ut in specie hereditatis, vel legati relictis existentibus in saeculo, ut debeat novitijs, ceteris relatis, habetur apud Pasqualig. *quest. moral. centur. 3. quest. 286. per tot.*; Et generaliter Sanchez ad precepta decalog. lib. 5. cap. 5. numer. 12. Sperell. *dicta decif. 26. à numer. 2. ad 11.* & alij supra allegati; Potissimum quia dicta expressio qualitatis secularis dici non poterat ita præcisa, seu taxativa, ut non nisi verè in saeculo, ac saeculari more viventibus, dispositio cum tractu successivo competeret, juxta illos casus, de quibus habetur *sub tit. de fideicom. disc. 63. cum. seqq.* vel similibus, quoniam ita dictum fuit, discretivè à monialibus jam professis, quibus idem testator diversum inferius legatum fecerat, ita ejus voluntatè explicando providendi solum personas, non autem ditandi monasteria, ultra necessitatem personarum.

Neglectis autem hujusmodi generalitatibus, atque inherendo consueto stylo, ac genio, regulandi hujusmodi quaestiones voluntatis, quæ sunt potius facti, quam juris, cum adeo frequenter insinuata propositione, ut non cortex, vel formalitas verborum, sed substantia voluntatis attendi debeat, ex singulorum casuum individuis circumstantijs desumenda; Meus sensus fuit, ut inspicendum esset, an pro dote, quæ ante admissionem ad susceptionem habitus novitarum, deponenda est penes adem saceram, vel in ipso monasterio juxta decreta generalia, de quibus *sub tit. de dote disc. 167.*, ubi agitur de dote monialium, implemet testator [ut in dictis alijs proneptibus jam professis fecerat [dictam summam, seu aliam in vita post testamentum erogasset, ut tunc dictum legatum, utpotè implicitè certam habens causam, seu finem, ita impletum esset præventivè, & consequenter, quod duplicata solutio deneganda esset ad *textu in l. libertis quos ff. de alim. & cib. legat. cum concordant. apud Menoch. lib. 4. præsumpti. 128. Rota decif. 60. n. 1. & decif. 336. num. 9. par. 6. rec. Romana pecuniaria, seu legati 11. Martij 1650. coram Albergato, & in alijs; Si verò non dedisset in vitam, quia nempe ipse pater, dotis depositum fecisset, ut tunc deberetur legatum, quo mediante, idem pater, quem testator sublevare voluit, in toto, vel in parte se re integraret.*

Dubitandi autem ratio, supererat in casu, quo dicta summa esset excedens, an scilicet illud plus deberetur; Ac etiam, an huic novitiæ, postquam effecta esset monialis, deberetur quoque dicta vitalitia, subventio relictæ alijs monialibus; Et in hoc, quavis magis communis opinio videatur, ut testatore implente in vita opus ab eo volitum, cum minori summa, quam relictæ sit, debeat residuum legatario, quoties iste talis dicendus veniat, non autem simplex exequutor, ex ijs, quæ ceteris relatis habentur apud Casanatt. *conf. 35. Capyc. latr. consulti. 17. de Marin. resol. 93. lib. 1. Gregor. & Add. decif. 236.*; Attamen, retenta eadem propositione, de qua supra, ut attendi potius debeat substantia voluntatis, quam verborum cortex, seu formalitas; Advertendam, quod utrumque peti non possit, residuum scilicet dictæ summæ, ac etiam præfata annua subventio vitalitia, quoniam ista relictæ fuit solum certis, ac determinatis personis, proprio; ac appellativo nomine explicatis, ideoque alijs convenire non poterat; Benè tamen providit testator, incertus de statu, quem alia dicti nepotis filia assumpturn esset, dictam summam reliquit, utpotè probabiliter congruam pro dote matrimonij carnalis, quæ frequentius major esse solet, ac etiam pro altero ma-

trimonio spirituali, & pro dote solita dari monasterio, quæ minor est, sed adæquare solet ob alias expensas ad id necessarias, junctæ dicta vitalitia subventionem, quæ necessaria etiam reputatur, ideoque pars dotis dicitur, ut in specie apud Merlin. *decif. 671. reperit. decif. 30. par. 7. rec. n. 127.*, & pluries in sua materia *sub titulo de dote*; Et sic, quod summa excedens, seu residualis, erogaretur in censum, vel alia jura vitalitia, pro dicto effectu assequendo, & nè ista proneptis alijs inferior esset, dum substantia volutatis fuit occurrendi necessitati, qua præmebatur ejus nepos istarum feminarum pater, cujus intuitu principaliter hoc legatum genericum pro omnibus filijs etiam nascituris, & ignotis, personale meritum non habentibus, factum censetur; Adeo propterea, filij, à patre potius, quam à testatore agnoscere dicantur, atque id reputetur peculium profectitium, ut advertitur pluries *ditto tit. de dote disc. 154.*, & in altero *de legit. & derr. act.*

Si enim residuum, vel summa excedens, deberetur ipsi puellæ ad ejus liberam dispositionem, vel quod ea non disponente, per subsequenter professionem acquireretur Monasterio, ita esset erogare legatum in diversam causam, seu finem, quam à testatore volitum, dum puellæ pater, quem testator sublevare voluit, adhuc præmeretur necessitate, saltè moralis, suppeditandi aliquam vitalitiam subventionem; Isteque videtur verus modus interpretandi, ac exequendi legata, aliaque ultimas voluntates, indagando scilicet earum substantiam, seu finem, vel effectum, quem testator in animo habuit, non autem cum leguleica insipidura, vim constitutivè in verborum formalitate, seu grammaticali significatione, vel in regulis generalibus, aut in declinationibus, vel doctrinis, quæ certos diversos casus percutiant, ut in dies cum manifesto æquivooco fieri videmus.

Et quamvis ad scripturæ ornatum, plura deducere, super quaestione, an & quando species deroget generi, in id deducendo ea, quæ habentur ex traditione Baldi in *l. si Consul. numer. 2.*, & in *l. 2. ff. de stipulatione servorum*, & *conf. 349. lib. 4. & conf. 140. lib. 5. cum concordant. apud P. heb. decif. 57. & de Marin. resolut. 237. lib. 1.*; Quod scilicet factio legato generali Prioribus Civitatis, & alio legato speciali personæ, appellativo nomine explicatæ, quod si ista reperitur etiam de Prioribus, utrumque legatum assequi debeat; Ita pariter de legato generali factio omnibus fratribus Monasterij, & aliquo particulari factio Priori, seu Abbati, quod huic utrumque debeat; Sive quod factio legato generali omnibus mulieribus de familia, vel genere, ac particulari alicui feminae, quæ fit de dicto genere, ista debeat utrumque obtinere cum similibus; Attamen ista potius ad ornatum, [ut dictum est] deducta, quandam superfluum evagationem continebant, cum legatum particulare librarum 30. ad vitam, factum non esset omnibus dicti nepotis filiabus, quæ essent moniales, sed certis, ac determinatis personis, appellativo nomine explicatis, ideoque dicta quaestio non intrabat.

De illa verò agi solet inter Aulicos, quando scilicet Cardinalis, vel alter Magnates faciat legatum generale distribuendum inter omnes de familia, & aliquod particulare aliquibus familiaribus appellativo nomine explicatis, an scilicet isti participare quoque debeant de dicto legato generali, quod particulariter agere occasio non dedit.

Tunc etenim dicta vitalitia subventio omnibus filiabus dicti nepotis, quæ moniales fierent debita esset, quando de illis in genere loquutus esset, cū tunc

non restringeretur ad moniales, quæ de eo tempore existerent, sed etiam ad alias, quæ in futurum fierent.

Hinc propterea in una *Iannæ*. in qua suppressis nominibus consultus fui, an legatum annuarum librarum 500., ad vitam factum à Petro, omnibus filiis alterius Petri ex fratre nepotis, deberetur solum filiis jam natis de tempore mortis testatoris, vel illis etiam, qui postea nati essent; Respondi, ut illud omnibus debitum esset, cum natura generis, seu nominis collectivi sit omnes sub eo genere, vel nomine venientes comprehendere; Ac etiam quia nati de tempore testamenti, non erant in tali statu, quod meritum ex persona propria habere possent apud testatorem, quem non constabat eos unquam vidisse; Quare ex conjunctione sanguinis erga Petrum nepotem, atque ex modo legandi ad vitam annuam præstationem, regulariter alimentis referibilem, censendum est, quod testator principaliter respexisset ad dictum Petrum, ut ita eum in filiorum sustentatione subveniret; Ideoque dispositio generaliter de omnibus intelligenda est juxta theoric. *Barr. in l. si cognatis num. 1. in fine, & num. 4. ff. de reb. dub. quam ceteri sequuntur, ut per Alex. cons. 171. num. 4. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 22. num. 14. 16. & 19. Fusar. quest. 318. numer. 18. & 22. Sura. de alim. tit. 8. privi. 31. num. fin. Menoch. lib. 4. præsumpt. 122. n. 9. Castill. 8. tom. contror. cap. 53. num. 8. cum seqq. & num. 15.*, ubi concordantes.

ROMANA

S E V

SENEN. LEGATI

P R O

CAMILLA BERNINA, ET IOSEPHO
GATINO VIRO

C V M N.

Casus disputatus coram Prælo Iudice deputato, credo resolutus pro N. sive concordatus.

An legatum relictum pro subsidio dotali filiarum alicujus conjuncti, debeatur solum illis filiabus, quæ vivente testatore procreata erant, vel etiam alijs post mortem susceptis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Acti series.*
- 2 *Quomodo ista questio sit decidenda.*
- 3 *Ex quibus consistit, quod ad legatum omnes filia etiam nascitura sint vocata, & num. 6.*
- 4 *Dos data ab extraneo intuitu patris, dicitur profectitia, ac si a patre.*
- 5 *Quando ita dos data, seu legata censetur.*
- 6 *De eadem, de quo num. 3., ut filia etiam nascitura vocata sint.*
- 7 *Quod in legatis non detur extensio, & quod gravamina non sunt multiplicanda.*
- 8 *Declaratur quando id procedat, & quando inter ista conclusio.*



Um testatrix, vivens in Civitate Senen. habere fratrem alicujus, qui in Urbe vivebat, et coram ea, ut in dies filios tam masculinos, quam feminas procrearet, in testamento quodam fraterum reliquit, sub tali locutione, ut quilibet cum fructibus, ut ita suis temporibus, subdium dotali parari posset filiabus, quæ post mortem dictum fratrem habere, se procreatae stateris, aliqum adesset jam procretae tantum, postmodum verò procreatae Camilla, et Iosepho, hinc exequutor, pecuniam ex illa legatam, & multiplicatam, tam ei, quam illi provenientem, & multiplicatam, tam ei, quam illi distribuit, quare dicitur forores penitus prætermissas, quod ipsis tantum legatum procretae, repetitionem summae solute a fororibus viro intentarunt coram Prælo Iudice pariter deputato, qui inhærendo solum litterarum contenti, ac verbis, quæ juxta grammaticam significationem congruere tantum videbantur, de tempore mortis procreatae, foris quædam judicavit, vel ob ejus difficultates, causa per concordiam finem habuit, dum post unicum dispositionem, amplius de illa actum non addi.

Mihi autem scribenti pro eis conventis [sic] in sensu veritatis] contrarium probatum videbatur, inculcando se ipsi infinitam veram propositionem, [non tamen de facti apud prætorum pro moderno stylo admitti solent] ut in hujusmodi questionibus decidendis, utpote ad facti, & voluntatis, potius quam juris, immorandum non sit in formalitate, seu grammaticali significatione verborum, sed in naturali veritate, ac substantia verisimilis voluntatis; Potissimè verò, & clarissimè ubi agatur de dispositionibus multarum, vel personarum idiotarum, quas certum est, non scripsisse nec præcisè dictasse dispositionem per se ipsas, ac ut ex verborum sensu earum voluntas defini valeat; dum potius certum remanet, quod sine verba, seu eorum phrasim conceperit. istæque inveniunt non advertunt ad eorundem verborum vim, seu efficaciam, ut in dies experimur, & conuenit ad sensum clarè probatur; Ideoque in minima annotatione dignum videtur, quod omnes id agnomus, ac fateamur, & tamen in dies magis crederet usus in contrarium, insistendi in sola formalitate verborum; vel significatione clausularum, & dictionum, perinde, ac si essent verba I. C. in Partibus, quæ non nisi serid, ac misteriose prolata Error quidem magna irrisione dignus.

Attenta verò substantia voluntatis, ista pro meo iudicio, clara videbatur considerandi provisionem filiarum fratris in genere, principaliter respectiva ad istum sublevandum ab onere, quod testatrix prævidebat sibi incumbere debere, ut illarum benevolentiam consulere, dum ipsa morabatur Senen. frater autem cum uxore, & familia in urbe, unde propterea testatrix ignorabat, an, & quales filias haberet, nullaque jam procreatarum sibi cognita erat, adeo ut intrare posset motum, vel ratio ditionis personalis, & coniequerter causa, seu motum legatum respiciebat ipsum patrem, ac fratrem respectivè, illi verè, ac directè faciendi legatum, quæ tamen usum, vel distributionem, ita restringenda ne scilicet in alios usus illud erogari possent.

Hinc

De LU
ne
Testamen
et cat
9VI
9